



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Evphrosynvs C. 11. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

animus accedit. Quare post faces ardentes & equuleum METRODORA, post uncus ferreos NYMPHODORA vestibus casę geminarunt triumphum, in quo dum corpora in flammis projiciuntur, alia flamma celo delapsa iudicem omnemque tortorum manipulum momento in cineres vertit. At ex illis aliis flammis tergeminius celo Phoenix prodiit & vanitatis accusavit scilicet poetas, unicum tantum esse iurantes. *Ex Surio.*

## S. EUPHROSYNVS C.

11. Septembris.

**M**ala cape sis ex Elysiis hortis, quid morres? securus cape. Non illa sunt, à quibus primi parentis dentes obstupuerunt. Nec Eva mater, sed EUPHROSYNVS porrigit, ille quidem terrę filius & inter monachos ad enlinę nidorem damnatus, sed cuius labores celo impendio sapiebant. Ostendit hoc sacerdoti & ipsi integerrimę vitę, quanti eos faciat, quos imprudens nihili facit tellus. Sordebant huic jam diu humana, & nauseabāt mortalia immortalis animus; illas gustare delicias auebat, quas alieno gustu miselli perdidimus. Neque negavit DEVS, sed votis tam piis satisfactorus, extasi abreptum in felicissimos hortos transtulit. Ibi dum ille gaudiis  
mun-

inundatur, EUPHROSYNVM nostrum videt non jam ignobilis terræ colonum: Atque ut ne somnum crederet somniūmve, accipit ab eo laudata à nobis poma, quæ vel odore suavissimo patriam suam loquerentur. Interea are campano ad preces matutinas vocante sibi redditur Sacerdos, & dum ad templum properat, involuta pallio poma reperit: mox ubi eadem omnia ex EUPHROSYNNO intelligit, Ascetis munera portentosa & in his virtutem EUPHROSYNNI prædicat. Et nobiles quidem illi fructus fructus alios quotidie miracula proferebant, at EUPHROSYNVS proditus fugâ se subduxit. Et quo ais fugit ille? Nempe si sic illi Paradisus patebat, gratis jam quaris. Ex Men. Græcis.

S. THEODORA POENITENS.  
11. Septembris.

Utrum an foeminam spectasse te, lector autumas? utrumque, si mihi credis. Nam foemina, puto, fuit THEODORA, cum lapsa est, vir, cum surrexit. Id te vita docebit. Tenebat illa matronas inter Alexandria principem locum. Sed ex hoc lena eademque venefica turpiter deiecit, cum quæ Sol occidens non spectat scelera impune perpetrari suasit, itaque adulterium persuasit: ac si unum solummodo

PT.  
s ar-  
RA,  
ORA  
um,  
roji-  
a ju-  
ipu-  
At ex  
caelo  
favit  
e ju-  
C.  
quid  
illa  
ntes  
sed  
lle  
chos  
l cu-  
bant.  
ger-  
im-  
bant  
abat  
illas  
o gu-  
gavit  
ctu-  
mos  
udiis  
un-